sensu proueniat. Ex effectu vero percipitur per
sordidationem quandã fiscosam in carne sua
vel in pannis. Euenit autem facili9 ⁊ non sine
aliquo sensu concomitante vel preuio dum p
sonam pulchram siue dilectam siue turpem si
ue iuuenem siue senem siue secularem siue re
ligiosam ⁊ quandoqȝ deuotam aspiciunt aut
tangunt aut ei arrident aut confabulantur ã
iocantur etiam vbi michil de opere carnali vo
lunt aut putant nec dicatur peragere sed nec
cogitare :..:. ¶ Consideratio Secunda
ATtendendum est secundo principali
ter circa hanc materiam · ꝙ delectatio
seu conmocio libidinosa pruritus seu titilatio
ꝓuenit in membris q̄ loq̄mur frequẽter abs
qȝ fluxu quocũqȝ. Sũt eni fumositates alique
q̃s medici vocãt spirit9/⁊ hee sup calefaciunt ⁊
inflant ⁊ distendunt venas ⁊ neruos in mem
bris illis. Fitqȝ stimulatio quedam vt prurit9
vel titilacõ que dum queritur extingui vl' seda
ri per attrectacõem sentitur ⁊ quandoq; com
pletur delectatio libidinosa sine quouis fluxu
Patet hoc in parua adhuc etate que non dũ
apta est seminationi ꝓpter defectũ seminis vl'
artationem venarum. Suscitatur autẽ hmõi
prurit9 ex talib9 fumis seu spiritib9 tã ab intrĩ
secis p ymagiacões fortes vl' sordidas species

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-564/0004
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG